

Paulus Episcopus Servus Servorum Dei

dilecto filio Petru Lee Wang-Kee, Vicario Generali dioecesis Sciüamchiamensis, electo Episcopo titulo Octabensi et renuntiato Auxiliari Episcopi eiusdem dioecesis Sciüamchiamensis, salutem et apostolicam benedictionem. Quotiescumque illis Ecclesiarum Praesulibus, qui sive ob incolarum frequentiam sive ob pastores labores gliscentes abumento egeant, viros auxiliatores tribuumus, pergrato munere fungimur; adeo ut ex plurimorum collatis consilii viribusque unitis ubiores feuctus colligi et Regnum Christi in dies amplius proferri possint. Cum igitur consilium Nobis esset huiusmodi vicum venerabili fratri Francisco Xaverio Hsu chen-ping, Episcopo Sciüamchiamensi assignare, spe optima censuimus Tibi posse id genus officium committi, qui non solum animi virtute atque ingenii acie excellit, verum etiam magnum rerum pastore lium usum, in munere Vicarii Generalis obeundo, consecutus es. De sententia ideo Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione, post auditum venerabilem fratrem Eduardum Cassidem, Archiepiscopum titulo Almantianum et Apostolicum in Sinis Pro-Nuntium, deque Nostra suprema potestate, te simul nominamus Auxiliarem sacri Praesulit quoniam diximus, simul eligimus Episcopum Sedis titulo Octabensis, datis iuribus impositisque obligationibus quae dignitatem munusque tuum consequuntur. Maiori autem commodo tuo studentes permittimus ut episcopalem consecrationem a quo libet Episcopo accipias extra urbem Romam, assistentibus duobus ad normam Regum liturgicarum consecratoribus, qui omnes sint Nobiscum sincero caritatis foedere coniuncti. Quod tamen antequam fiat volumus et fidei professionem facias et ius iurandum fidelitatis erga Nos et Successores Nostros des, teste aliquo Praesule et ipso hanc Petri cathedram colente, iuxta statutas formulas, quas de more signatas sigilloque impressas ad S. Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mitteres. Ceterum, dilecte fili, hortamur ut, aucta dignitate ac munere, industriam etiam tuam multiplices et, iam nulli labori parcens, quasi ignis ardens, hominibus prætuceas. Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio mensis Iulii, anno Domini millesimo nonagesimo primo, Pontificatus Nostræ nono. = B.

Aloisius Card. Zanetti
S.R.E. Cancellarius

Franciscus Cinello
Apostolicam Cancellarium Regens

Expedita die XXXI Iulii, anno Pontif. IX M. Orvni Plumbator

+ Josephus Rossi, S.J. Palmyren., Boston. Thos.
Josephus Massimi Proton. Apost.

In Canc. Ap. tab Vol. CXXXIX N. 39